UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CVI. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Königsberg für die ihm und seinem Heere geleisteten Vorschüsse den Hof Reichenfelde und das Dorf Wendisch-Kränig, am 27. September 1360.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

Confimilem formam de verbo ad verbum habent
civitas Schonevliet,
— Soldin,
— Lippen,
— noua Berlin,
— Arnswold,
— Retz,
— Drawenburg.

Confimilem habet ciuitas noua landefpergk, prefentibus Haffone de Valkenburg, Haffone de Vchtenhagen, Johanne Hufenero, militibus, Wedegone de wedil, Ottone Morner cum ceteris. Datum Arnfwolde, anno LX°, feria quarta poft philippi et iacobi.

Confimilem ut proxime fupra habet ciuitas Bernwalde.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 67 und Hackwitz'scher Abschrift.

CVI. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Königsberg für die ihm und seinem Heere geleisteten Vorschüsse den Hof Reichenfelde und das Dorf Wendisch-Kränig, am 27. September 1360.

Noverint univerfi tenorem prefencium infpecturi et audituri, Quod nos Ludowicus Romanus — noftro, illuftris quoque principis Marchionis Ottonis, fratris noftri predilecti, nomine viris prudentibus civitatis noftre Koninghfberg, qui nunc vel pro tempore fuerint confulibus, in reformacionem dampnorum occafione quitacionis pingnorum noftrorum nobis, exercitui quoque hominum noftrorum, inibi nobifcum exiftencium, iam facte, perceptorum, dedimus, damus, iufto quoque proprietatis titulo prefentibus donamus proprietatem curie Rikenuelde, nec non colonorum prope eandem curiam habitancium fimiliter et proprietatem ville wentzchen kregenik nominate, cum proprietate merice, lingnorum, aquarum, pafcuorum infra limites et diftincciones predictarum curie et ville fituatorum et omnium eisdem quomodolibet pertinencium, fervicio tamen de dictis curia et villa nobis pertinente, falvo et integraliter nobis refervato, quemadmodum ftrenui viri de vyddechow villam et curiam tenent et poffident antedictas, habendam, tenendam, perpetuis quoque temporibus dictam proprietatem pacifice poffidendam, hoc eciam addito moderamine in premiffis, quod viri ftrennui de vyddechow antedicti, ipforum quoque heredes legitimi vite fue temporibus, quociescunque fe locus obtulerit, dictam curiam et villam a nobis et noftris heredibus in pheodum percipere debebunt et poffidere. Si vero dicti de vyddechow aut ipforum heredes aliis perfonis in pofterum vendere vel distrahere vellent bona prenominata, tunc emptores eorundem a predictis confulibus de cetero, quociescunque fuerit, opportunum in pheodum recipere debebunt bona prenotata. In cuius rei evidentiam figillum noftrum prefentibus eft appenfum, Prefentibus reuerendo in crifto patre et domino, domino Hinrico, Lubucenfis ecclefie epifcopo, Nobili Friderico de Lochen, domino in Boyzeneborch, ac ftrennuis

viris Johanne Huſeneri, milite, aduocato noſtro ab iſta parte odere, wedegone de wedel, noſtro marſcalco, Johanne de wedel, Ottone de Morner, coquine noſtre magiſtro, et pluribus fidedingnis. Datum et actum Konninghesberge, a natiuitate domini anno M° CCC° LX°, die dominico ante feſtum beati Michaelis Archangeli.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 74.

CVII. Gebrüder Sack belehnen einen Bürger in Königsberg mit vier Hufen zu Bernekow und dem Rechte, eine Schäferei daselbst zu halten, am 9. Juni 1361.

Ne viventis mundi actio a memoria hominum deprimatur etc. Nouerint igitur vniuerſi — quod Nos Conradus et tzanderus, famuli et fratres, dicti ſak, et bethekinus ſak, noſter patruus, iuſto nempe pheudi titulo iohanni blumen, ciui in koningiſberg, — conferimus quatuor manſos in villa bernekow — ad feruandum gregem ouium, contradictione ſine aliqua —. Datum vredeberg, anno domini M° CCC° LXI°, feria IIII^a^ ante diem viti et modeſti martyrum domini beatorum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 76.

CVIII. Markgraf Ludwig d. R. verkauft der Stadt Königsberg einen auf den Gütern Reichenfelde und Wendisch-Kränig ruhenden Mannbienſt, im Jahre 1361.

Nouerint vniuerſi tenorem preſentium inſpecturi, Quod nos Lodevicus Romanus, dei Gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio etc., noſtro et illuſtris Principis Ottonis, Marchionis Brandenburgenſis, Fratris noſtri chariſſimi, nomine, prius dedimus et donavimus prudentibus Viris Conſulibus et Univerſitati Civitatis Koningesberge prope aquam Roreke proprietatem Curie Rikenfelde cum pertinentiis ipſius et proprietatem Ville Wedeſchen Kregenik, merice et ſilve lignorum exiſtentium infra limites dicte curie ſecundum modum et formam in literis noſtris prius expreſſam, quas in ipſarum robore volumus permanere. Nunc vero predicti Conſules et univerſitas dicte civitatis juſte emptionis titulo a nobis comparaverunt pro quinquaginta marcis argenti Brandenburgenſis nobis perſolutis ab eis, de quibus ipſos dicimus liberos atque quitos ſervicium unius Vaſallatus, ſicut moris eſt et juris ſervire, cum uno vaſallo annexum curie, ville et ſilve predictis, De quo ſervicio Conſules, univerſitatem et Cives preſentes et futuros habere volumus ſuperportatos, Volentes hoc per Nos, Fratrem et noſtrum predictum, heredes noſtros et ſucceſſores noſtros firmiter obſervari. Inhibendo ne aliquis advocatorum noſtrorum vel officialium